

bonis contentis sub patrisfamilias moderatione, nulla lite, emulatione, luxuria, pompa, superbia in mundo existente, multo minus bello & armorum usu.

## CAP. VII.

*Abusus quidam taxantur in medicina, primo quod longa Recepta prescribantur communiter, non tam in aegri commodum & morbi necessitatem, quam Pharmacopaei lucrum & Medici ostentationem, ne hic Empyricus videatur, cum satius sit paucis & probatis uti simplicibus.*

**Q**uanta hoc aevi vitiorum seges increbuerit ex vnica habendi auri radice nata & per omnes terras instar luxuriosi graminis propagata, quotidie animaduerti-

ueri-